



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

3. Quomodò puniatur à Deo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

qui faciunt ea, & qui deferunt. Gerson parte 4. in sermone de reddendo debitum: Hoc peccatum maximè omnis prædicator debet corrigere, & nunquam cessare, quia nunquam sufficienter potest argui, nempe ornatum & superbiam vestimentorum & maximè mulierum, est enim Eua naturaliter superba, Genes. tertio. atque ideò rectè faciunt magistratus qui legem ponunt inter status de ornatu vestimentorum. Sed cui similis est mulieris ornatu, nisi sepulchro dealbato, Matthæi 23. feretro, in quo iacet anima mortua & cæcæ: ideò Deus signanter dixit homini, ne superbiret, Genes. tertio. Memento quod pulvis es. Postremò, quomodò Deus punierit huiusmodi vanum ornatu, patet multis exemplis scripturæ. Iezabel depinxit oculos suos stibio, & ornavit caput suum, audito aduentu Iehu: sed deijcitur, & pedibus equorum conculcatur, & à canibus dilaceratur, 4. Regum 9. Herodes statuto die venit vestitus veste regia, & sedit pro tribunali, & concionabatur ad populum, & populus acclamabat Dei vocem esse, & non hominis: confestim percussit eum Angelus Domini, & cæcæ. Actorum 12. Esai 3. dicitur hoc peccatum fuisse punitum destructione Hierosolymæ, Et erit, inquit, pro cingulo argenteo restis, pro ornatu capitis caluitium & dolor, pro annulis & catenis vlcera & pustulæ, pro odore fætor, pro pulchritudine cinis, pro speculo fletus oculorum & rubedo, pro stibio cutis pendula & cæcæ.

Vndè veniat quòd mulieres præcipuè sunt supbæ

## CAPVT IX

## ARGVMENTA.

1. *De peccato auaritia, & quid sit.*
2. *Quæ mala sequantur ex auaritia.*
3. *Quam miserè pereant & puniantur auari.*

L L 5

Apo-